



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



IO. HENRICI ACKERI  
COMMENTATIO <sup>8.</sup>  
HISTORICO PHILOSOPHICO  
LITTERARIA  
DE SECTA  
MONARCHOMA-  
CHORVM

EX CVRATA BIBLIOTHECAE SVPELLECTILE  
IN LVCEM PRODVCTA.

\* \* \* \*

Horatius lib. I. epist. XVIII.

*Quid sentire putas, quid credis, amice, precari?  
Sit mihi, quod nunc est; etiam minus: et mihi viuam  
Quod superest aevi, si quid superesse volunt Di:  
Sit bona librorum, et prouisae frugis in annum  
Copia: neu fluitem dubiae spe pendulus horae.*

---

RVDOLSTADII  
LITTERIS VRBANIANIS  
M DCC XIV.



PERILLVSTRI DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO GOTTHILFF  
MARSCHALL

DICTO GREIFF

EQVITVM FRANCONIAE  
IMPERIO ROMANO GERMANICO  
PROXIMO CONIVNCTORVM VINCVLO  
VERO CERTOQVE SANGVINI

DYNASTAE

IN EINOED, ERLNBACH, BAULBRA,  
ET ILMSDORFF, RELIQVA,

AVLAM VINARIENSEM

POLITIORIS VIRTVTIS THEATRVM  
SVPREMI, VT VOCANT, MARESCHALLI

EMINENTI DIGNITATE,

PARIQVE AVCTORITATE

TAM GVBERNANTI FELICITER  
VT MAGNVM SCHWARTZENFELSIVM

CEV PHOENICEM

IN MAGNO GENERO

GENEROSI HONESTI AMANTISSIMO

PVLCRIORE DECORE

POST FATA SVRGENTEM

VENE.

VENERENTVR ET COLANT  
BONI OMNES  
MVSAE AVTEM  
OB ERVDITIONIS SVBLIMITATEM  
GESTIENTEMQVE IVVANDI VOLVNTATEM  
RARISSIMAS IN TANTO CVLMINE DOTES  
ATTONITAE ADMIRENTVR  
PATRONO SVO GRATIOSISSIMO  
LEVE HOC MVNVS  
BIBLIOTHECAE ET STILI  
DEVOTE OFFERT  
DVRATVRAM FELICITATEM  
GLORIAMQVE  
VNO TENORE  
AD SVPREMVM VITAE HALITVM  
QVI TAMEN SERVVS SIT  
PRODVENDAM  
PRECATVS

DEMISSA PARENDI LEGE CLIENS

IO. HENR. ACKER.



A. N. L.

COMMENTATIO

DE

SECTA MONARCHOMACHORVM.

§. I.

**T**Res \* sunt politicorum sectae, quae male audiunt, et a nonnullis pene infamantur, prima Machiauellistarum, secunda Hobbesianorum, tertia Monarchomachorum. Priorum differentiam egregie exponunt Sorberiana p. 109. Il y a difference, inquit Sorberius, entre la politique de Machiuel et celle de Monsieur Hobbes, comme entre du su-

A cre

\* Georgius Paschius, Professor olim Kiloniensis celeberrimus libro de variis modis moralia tradendi c. III. §. 35. diuersus est a nobis: *Duae sunt, inquit, in politicis pessimae sectae, quae sedulo fugiendae, altera Machiauellistarum, altera Monarchomachorum.* Sed immemor fuit turbarum, quas mouit Hobbesius, quo instar vrsi magnus Britanniae rex ad molossorum dentes tentandos et acuendos vti dixerat. Consult. Wernheri iudicia de praecipuis nonnullis Scriptoribus iuris nat. §. 8.

cre pilé dans vn mortier de marbre, que l'on a frotté d'ail, et celui que l'on a pilé dans vne autre, ou l'on a pilé de l'ambre. Les raisonnemens du premier sortent d'un esprit sauvage et inhumain; ceux de l'autre d'une ame tendre, bonne et bien faisante. Ce dernier sent touiours dans sa plus grande rigueur son honnet homme, qui fait du mal a regret, son habile chirurgien, qui coupe a regret son habile chirurgien, qui coupe a regret dans la chair viue pour en desecher la mauuaise, l'autre sent son bandit, qui egorge les passans, et son vindicatif, qui tourne l'épée dans la plaie, qu'il a faite. De ultima iam commentari placet paullo vberius, quam a quoquam factum memini.

## §. II.

Vt vero intelligatur, qui nam sint isti, de quibus disputabimus, criteria praemittam; familiariter in animum recipienda, commentationem nostram lecturo.

## §. III.

Monarchomachi igitur, quos Boeclerus etiam philosophos populares alicubi vocat, sunt, qui docent, principes dependere a populo, ineptissimo vfi argumento, quod imperantes a populo constituentur, constituentes autem constitutis sint superiores, quam contradictionem acute soluit magnus pacis et belli temperator, vt vocatur a Gronouio, Hugo Grotius lib. I. c. III. §. 8. num. 13. his verbis: *Quod adseuerant, eum a quo aliquis constituitur, esse superiorem constituto, verum duntaxat est in ea constitutione, cuius effectus perpetuo pendet a voluntate constituentis; non etiam in ea, quae ab initio*



*initio est voluntatis, postea vero effectum habet necessitatis, quomodo mulier virum sibi constituit, cui parere semper necesse habet.* Addatur Pufendorffius de I. N. et G. lib. VII. c. 6. §. 6.

## §. IV.

Secundo monarchomachi sunt, qui duplicem statuunt maiestatem, realem et personalem, quorum illa sit penes populum, haec penes imperantem, qua de re Georgius Schubartus, praeceptor olim optimus, in differt. historico politica de nominatione ad honores publicos §. 14. ita scribit: *Monstruosa est respublica, in qua duae sunt potestates summae, non aliter quam animal monstruosum est, quod corpus habet in corpore.* Henricus Ludouicus Wernherus in differt. politico-morali de statu summorum imperantium ex lege §. 9. *Erroris, inquit, quin potius impietatis iure meritoque insimulantur omnes, quotquot biceps illud maiestatis realis ac personalis monstrum in sinu fouent, partuque infelici protrudunt.* Paucis interiectis *peffimam nominat sententiam, et in perniciem regum, ruinamque ciuitatum natam.* Adde Io. Henr. Boecleri memoriale politicum c. VIII.

## §. V.

Tertio monarchomachi sunt, qui inuiolabilitatem imperantium tam consiliis, quam factis destruunt.

## §. VI.

An in monarchomachorum ordinem referendū, qui principes siue aperte, siue sub fictis \* nominibus

A 2

per-

\* Pertinet huc Isaaci Casauboni corona regia, in qua sub fabula ac si fragmentum id esset panegyrici, quem Casaubonus regi parasset,

perfringunt, quaeri potest, et fortassis quaesitum est. Mihi non videtur. Quamuis enim tales peccent, tamen nec summo imperio, vel inuiolabilitati imperantium hoc ipso obsunt: ideoque Modestinus l. 7. s. 3. ad l. Juliam maiestatis in illos aequior est, quod laudat cum Henrico Brenckmanno, Icto Leidensi, auctore diatribes de EVREMATICIS seu commentarii in Hereanii Modestini librum singularem *περὶ εὐρεματιῶν*, Io. Clericus dans bibliothecae choisie tome xxiv. seconde partie p. 336.

### §. VII.

His praemissis ingrediamur propositam nobis sylvam, hoc genus hominum e latebris in lucem protracturi.

### §. VIII.

O *δύνα* tomo vi. observationum Halensium observatione 1. §. 6. femina quaedam huius sectae sparsisse iam dicit Marsilium Demenandrinum tempore Ludouici Bauari in defensore pacis, Marium Salamoni libris de principatu, denique tempore obsidionis Magdeburgensis, bellique Smalcaldici, quod praecessit, quosdam seueriores theologos, sed in apertam se-

parasset, repertum post mortem eius in schedis, truculentissimo et impudentissimo more, quicquid vnquam colligi potuit veneni virulentissimi, in Iacobum Casaubonum, immo et Henricum, Eduardum, Elisabetham etc. euomitur. Auctor eius Gaspar Scioppius esse fertur, apostata et canis notissimus. vid. illustris Thomasi historia sapientiae et stultitiae p. 121. Iacobi legatus hanc Scioppij temeritatem plagis vltus Madriti, vide magnifici Buddei lexicon sub voce Scioppius.

sectam rem erupisse post nuptias Parisienses. At credo ante haec tempora reperiri id genus hominum posse. Cassius et Brutus, interfectores Caesaris, nonne hic locum inueniunt? Nonne ipse hic Cicero referendus, qui foedissimam illam caedem *palcerrimas epulas et diuinum in rempubl. beneficium* vocat lib. x. ep. 28. Semper extitere, qui maluerint regnare quam obedire, qui reges pro tigillo habuerint, supra quod cum ranis Aesopi insilirent. Nec *Scoogalia* placuit, qui placere possit regimen hominum. Turbulenta ingenia facile inueniunt de quo querantur, quoque frenum soluant: modica poena crudelitas est, rigor tyrannis. Concedo vero in Gallia et Anglia rem in apertam sectam erupisse. Gallorum ingenia ignea sunt, accenduntur facile, atque ebullientis bilis actu in abruptum et praecipitium auferuntur, item leuia atque in constantia sunt: nec Angli semper sunt angeli, sed tumultuosi potius, caputque saepius efferentes prae reipubl. capite. Videamus ergo qui ex Gallis, Anglis, aliisque apertae huius sectae possint accenseri.

## §. IX.

Ex Gallis huc pertinent primo Iesuitae, qui ingenue fatente Piafocio in Chronis p. 58. *Plane formidoloso exemplo theologiam inuitam in necem principum armarunt, ac si haec doceret, quod quilibet subditus, immo et vulgus imperitum sit iudex et vindex factorum regis sui, liceatque ei principem arte maleuolorum vocatum in suspicionem, haeresis statim tollere, et esset inexpiabile legitimo principi, si subditorum in personam suam conspirationem euidentem, eamque armatam deuicando populi furorem, quo executio iustitiae*

*impediretur; sollicitiori prouisione coerceat.* Itaque anno M D LXXXIX. mensē Ianuario, cum mitteretur in consilium collegii Sorbonnae quaestio, vtrum subditi ab obsequio erga regem praestando absolui possent, fortiter ex officio Faber Syndicus, Camusus, Chabotus, Faber Cario ad S. Pauli, Chauagnacus, et Seniores quique nefariam istam propositionem reiecerunt; sed maior pars, scholae Iesuitarum alumni, Bocherius, Pichenatus, Varaderius, Semella, Cuillius, Decretus, Aurburgus, et alii innumeri vincente suffragiorum numero id obtinuerunt, vt refert M. Antonius Arnoldus, Aduocatus in Parlamento Parisiensi, in oratione sua, quam habuit pro vniuersitate Parisiensi, contra Iesuitas p. 14. Nobilissimus Historicus, Thuanus, regis Galliarum consiliarius, et curiae supremae Parisiensis praeses, elegantissima elegia hanc Iesuitarum impietatem repraesentauit, quam ex Henrici Hoepfneri Saxonia Euangelica p. 655. huc transferam. Ita verò canit ordine enumerans Iesuitica in Galliarum regno facinora:

Rurfus ab immiti furiae bachantur auerno  
 Vipereasque rotat torua Megaera comas.  
 Rurfus Trinacriis puer ablactatus in antris  
 Sacrilega stringit tela cruenta manu.  
 Notus et Eoo tantum Assaffinus in axe  
 Pro pudor, in nostro visitur orbe frequens.  
 Scilicet has artes nuper gens gnara nocendi  
 Exitio inuexit, Gallia, nata tuo.  
 Hesperiae fuscis gens emissaria ab oris,  
 Fucum adfectata quae grauitate tegit.

Nata

Nata magistratum conuellere, nata ministris  
 Subtrahere obsequium praesulibusque suum.  
 Geryonae quae dum placeat faueatque trifauci  
 Terrarum reliquos non facit assis heros.  
 Et coelo facinus dignum putat, omnia saeui  
 In regis longas tradere sceptrum manus.  
 Quae disciplinam morum, quae Gallica venit  
 Exiit legum soluere iura metu,  
 Et viles regnantum animas, ipsosque necandos  
 Horrenda reges prodicione docet.  
 Seruandamque fidem negat, argutisque cauillis  
 Detorquet magni iussa seuera Dei.

Postea ipsorum pietatem simulatam et superstitionem  
 nigro calculo signat:

Sunt tamen et cur sunt? qui nunc quoque crimine in  
 Obtendant causam religionis agi. (isto  
 Accusentque bonos vltro, excusentque nocentes  
 Et patrocinio consilioque iuuent.  
 Hosne superstitio male sanos excitet ausus,  
 Quique atra vexat pectora bile furor.  
 An pietas simulata, mea nil quaerere refert  
 Damnandum in magnis cum sit vtrumque viris.  
 Quos magicis aures claudentis cantibus anguis  
 Esse instar cautos pagina sacra iubet.  
 Candoremque simul mitis seruare columbae  
 Fallereque et falli grande putare nefas.  
 Nos patimur segnes, lentique sedemus ad iram  
 Et pietas ipsa religione perit.  
 Simodo religio est, alere intra viscera tetram  
 Quae iam se corpus fundit in omne luem.

Si

Si modo religio est, patriis sine murmure fulcis  
 Accipere hostili semina iacta manu.  
 Semina corrupti fucci, lentique veneni  
 Noxia doctrinae semina pestiferæ.

Denique fructus Iesuiticæ doctrinae notat in scholis,  
 ecclesia et republica.

Concipit inde malum quippe inconsulta iuuentus  
 Mox concepto alios inficit ipsa malo.

Iamque fere totus facer ordo, et Gallica pubes  
 Plebsque auido virus combibit ore nocens.

Iam turgent venæ, cor palpitat, ilia tendunt,  
 Nullaque pars toto corpore sana manet.

Atque utinam nuncquam tibi crus, dux Loiola se-  
 ctæ

Icisset laeua missa sagitta manu!

Gallia Cantabrico cum quondam et Iberia bello  
 Pro patriis facerent praelia aperta focus.

Quam bello, plus pace nocens, et ad otia versus  
 Crudeles animum vertis ad infidias.

Gallia et in media conscripto milite regnas  
 Diraque fraterno nomine bella geris.

Nempe tua a bello cunctorum fonte malorum  
 Secta fata est, bellum hinc nunc et adulta ferit.

Et paullo post, vbi exempli loco adduxit Henrici IV.  
 interemtionem, sic pergit:

Nam quibus excubiis maiestas regia posthac

Aut quo stipatu viuere tuta queat?

Si pueri discunt his vitam odisse magistris

Extrema et mortis temnere supplicia?

Si

Si tormenta pati possunt, nilque inde fateri  
 Hacque polum sperant scandere posse via.  
 In vitam alterius nil non permittitur illi,  
 Cui propria est odio negligiturque salus?  
 Mentibus hinc teneris gliscit praeposterus ardor  
 Et coecos iuuenes in scelus omne rapit.  
 Heu sapimus fero, sapimus tamen, atque potenti  
 Esse Deo curae Gallica scepra patet:  
 Qui nos admonitos tacta tam leniter aure  
 De propria memores esse salute iubet.

Hinc porro laudat Venetos ob exterminium Iesuitarum, et praemonet nominatim alios magnates, vt exemplo Gallorum edocti sibi caueant ab his hospitibus, et tandem sic concludit:

At procul Harpyiae hinc, procul hinc Ixione nati.  
 Semiferi, grauidae nubis inane genus.  
 Este noui procul hinc, hominum deliria, cultus  
 Et quae sponte sibi numina quisque facit.  
 Gallia (nam decorat Gallos hac laude vetustas)  
 Non alit in gremio talia monstra suo.  
 Nos iuuat antiquo vitam producere ritu,  
 Nos iuuat in prisca simplicitate mori.

## §. X.

Sed occurrat forsitan aliquis, quid an tu omnes Iesuitas in hunc ordinem contrudis? Minime. Valet et hic illud Grotiani ex prolegomenis aurei de iure belli et pacis operis §. 14. *Nulla secta est, quae omne verum viderit, et nulla, quae non aliquid ex veris.* In pro-

B

posi-

positionibus vniuersalibus formandis cauti debemus esse, ne cui fiat iniuria quae non solum absurditas est in conuersando, vt Hobbesius de ciue c. III. vult, sed etiam in scribendo.

## §. XI.

Secundo huc referri potest Stephanus Iunius Brutus Celta, qui scripsit vindicias aduersus tyrannos, siue de principis in populum populiue in principem legitima potestate, quae Amstelodami MDC LX. Edinburgi M D LXXIX. 8. Francofurti ad Moenum, M DC VIII. 8. et Galliae M D LXXXI. 8. prodierunt. Auctorem Gallum esse, si non negligentem oculum intendis, patet, imprimis ex pagina 200. editionis Amstelodamensis, vnde coniecturam quoque suam desumpsit Christophorus Augustus Heumannus, Seminarii theologici Isenacensis inspector optime meritus, in schediasmate de libris anonymis et pseudonymis p. 117. Sed quis ille sit varie disputatur.

## §. XII.

Io. Philippi Anglus in responsione ad apologiam Brammali p. 29. Theodorum Bezam statuit esse auctorem, quem sequutus Aegidius Valckenierius in editione Amstelodamensi, vbi Bruti nomini Bezae subiectum est. Ast aegre ferens respublica Geneuensis, tam carum sibi nomen huc trahi, conquesta est apud senatum Amstelodamensem, vnde natum scriptum, quod sub titulo prodiit: *Disquisitione de auctore vindiciarum contra tyrannos, quae sub nomine Bruti aliquoties editae sunt, M DC LXI.* Vide Io. Nicolai Hertii, celeberrimi olim viri, commentationum tomum primum p. 441. Auctorem huius disquisitionis Hertius quidem



dem non indicat, at Thomas Crenius, clarus sane in litteris vir, in dissertatione epistolica de furibus librariis p. 36. Gisbertum Voetium fuisse dicit: *Excanduit, inquit, Gisbertus Voetius, (postquam videlicet legisset Bezam auctorem vindiciarum iactari) et disquisitionem de auctore vindiciarum contra tyrannos conscripsit, reperiendam tom. iv. selectarum eius disputationum n. xx. p. 33. quo cum consentit illustris Struuius in bibl. philosoph. c. vii. p. 177. his verbis vsus: Haec disquisitio primum tecto nomine prodit, post quartae parti disputationum selectarum Gisberti Voetii fuit inserta. Et lubricum omnino est fundamentum typographi Bezae illas vindicias tribuentis: Amicum, inquit, copiam fecisse exemplaris, cui celebris quidam professor manu propria inscripseret Bezae nomen, huius auctoritatem tantum apud se potuisse, ut in nouae editionis titulo conspici non inconsultum iudicaret.* Non est honestus error celebres viros sine ratione sequi: non valet magnorum virorum auctoritas vt nummus, cui publica forma est. Succurrit hic Io. Philippi Treuneri, Cratippi olim Ienensis, nunc Nazianzeni Augustani, monitum recessus plenum in dialectica euellendis ex animo praeiudicatis opinionibus traditum: *Suspecta haberi debent exempla, facta, et dicta summorum virorum.*

### §. XIII.

Hugo Grotius in Riuetiani apologetici discussione Irenopoli M DC XLV. 8. p. 91. nec non appendice epist. ad frat. 641. Philippum Mornaeum Plesiacum vindiciarum auctorem esse statuit. Error fortassis

tassis inde deriuatur, quod Philippus Mornaeus has vindicias praeter alios ediderit vid. Thomas Crenius l.c. p. 37. Aliud est autem edere librum; aliud confectum in lucem iterum producere, quamuis utroque ciuicam in republica litteraria coronam mereamur. Obstat d' Aubigné testimonium, qui tom. II. lib. 2. ch. 13. p. 91. et tom. II. l. 2. ch. 2. p. 108. se ex ipso Mornaeo audiuisse memorat. Sed arbitror aut de cepisse Mornaeum, aut non recte audiisse Aubigneum; quorum illud familiare est hominibus opinione praestantiae suae tumidis; hoc praeiudicio, ut ita loquar, autoritatis occupatis.

#### §. XIV.

Illustris vir, Christianus Thomasius, introductione ad phil. aulicam c. I. §. 82. Hottingerus pentade dissertationum p. 122. Innocentium Gentilettum, Ictum Delphntensem, vindiciarum illarum auctorem fuisse tradunt: at certum firmumque est, Hubertum Languetum concinnasse, de quo ex Ioachimi Camerarii vita Melanchthonia §. 99. cum iuuentute nostra, cuius scopo nos intendimus, sequentia communicabimus. *Gallicae, inquit Camerarius, nationis Hubertus Languetus Heduus (Burgundi nunc nominantur) multis annis vixit versatusque est apud Philippum Melanchthonem, quum Wittebergam venisset anno Christi MD XLIX. neque ab ipso discessit, nisi interdum per intervalla quaedam peregrinationum, quibus mirissime delectabatur, donec Philippi Melanchthonis vita in terris durauit, ut bonum consuetudo annum attingat duodecimum. Erat autem Philippo grata atque incunda multarum magnarumque rerum, quas ille*

ille tenebat, commemoratio, et oratio de regibus principibusque gubernationum, et aliis sapientia, virtute, doctrina praestansibus viris horum temporum. Neque ego audiui ullum alterum, qui tam prudenter et certo, et plane, dilucide, diserte, exponeret, quidquid narrare instituisset. Non ille in hominum nominibus falli, non indicis temporum errare, non confundere rerum negotiarumque seriem. Erat autem in eo singularis sagacitas in notandis naturis hominum, et consiciendo, quo quidque suoapte ingenio deferretur, et quae esset voluntatis inclinatio. Consiliorum etiam solertissimus aestimator, et euentuum futurorum prouisione admirabilis. Hunc lectio libri cuiusdam in Italia, vbi tunc ipse degeret, a Philippo Melanchthone compositi, cupiditate incenderat videndi auctorem illius, et ea stimulos perpetua admouens perpulerat tandem, vt in Germaniam veniret, et Wissebergam se conferret. Vbi more consuetudineque sua accepit eum Philippus Melanchthon humanissime, et perspecta virtute, integritateque eius secum esse libenter passus quoad dixit, et obseruantiam fidemque ipsius expertus est, summam beneuolentiam erga illum perpetuo retinens. Suntque saepe auditi sermones Philippi Melanchthonis, praedicantes accurate Huberti probitatem, et studium veritatis, et prudentiam, et explicatam cognitionem atque scientiam earum rerum, quarum periti et sibi laudem et aliis utilitatem acquirere conciliareque consueverunt. Hubertus vero eam grati animi significationem honoremque Philippo viuo, et mortua meritorum recordationem pietatemque praestari semper studuit, vt perspicue declararetur animi ipsius singularis erga illum affectio, quem omnibus officiis praesentem voluisset, et cuius erepti nomen honore venerationeque perpetua et memoriam desiderio ac lacrimis prosequeretur.

## §. XV.

Caussae, quae persuadent Hubertum Languetum vindiciarum aduersus tyrannos esse auctorem, sunt variae: duas autem tantum adducam. Prior desumi potest ex oratione funebri Theologi Geneuensis Theodori Tronchini super obitum Simonis Goulartii Geneuae habita, editaque apud Petrum Aubertum 4. vbi ita Tronchinus: *Henricus III. Rex Francorum curiosus omnia nosse, quae toto regno dicebantur et scribebantur, ut ea ratione cogitationibus et consiliis omnium interesset, cum legisset librum, qui Stephani Iunii Bruti nomine vindicias habet contra tyrannos, et quis sub eo nomine lateret auctor, audisissime cuperet scire: post delusus omnes explorationes non putauit compendiosiore via peruenire posse ad eius rei, quam inquirebat, notitiam, quam indicio nostri Goulartii, quem nihil latere credebat eorum, quae typis euulgabantur. Ad Goulartium mittit, qui ab eo remedoceretur. Autographum auctoris viderat noster, et sciebat opus esse Huberti Langueti, viri a singulari pietate, doctrina, prudentia celeberrimi, vid. Crenicii dissert. epistolica de furiis librariis p. 37. Secunda eaque paucis animaduersa exhibetur in C. A. Heumanni schediafmate erudito de libris anonymis et pseudonymis p. 188. *Adam, inquit, huic rei confirmandae locum nondum, quod sciam, a quoquam obseruatum, qui habetur in epistola 37. ad Camerarium filium, vbi ita scribit: noster liber per urbem obambulat et conuiuatur, interea dum ille alter in carcere gemit. Dat veniam coruis etc. Quibus ex verbis liquido adparet, Languetum de libro quodam paullo ante ab se in vulgus edito loqui, laetarique. sed adhuc ab omni periculo esse immunem. Iam cum Languetus nullum alium librum,*  
*cuius**

*cujus si se proficeretur auctorem, periculis esset expositus, scripserit, et tamen loco iam prolato indicet, se paullo ante annum 1578. periculosum libellum vulgasse, quis iam dubitet, ipsum ad Vindicias illas respexisse, de quibus apud multos venit in suspitionem.* Addit Heumannus loco citato argumentum a stili similitudine, aliaque lectu dignissima. De libro ipso sic iudicat Hertius tomo primo commentationum p. 441. *Is quicumque tandem sit, in vindiciis contra tyrannos videri quidem voluit Machiavelli principem impugnavisse, ut tam inuisi, credo, nominis praescriptione lectori fucum faceret, et regiae dominationis odium instillaret, respersa hoc egit, ut auctoritatem regiam labefactaret penitus, et subrueret.*

s. XVI.

Tertio loco poni potest Io. Boucherius, qui de iusta Henrici III. abdicatione e regno Francorum, quatuor libros edidit Lugduni MDXCI. Notandum hic mendacem esse, quae libris praeposita, inscriptionem: Henricus enim III. non prius regnum Francorum, quam vitam ipsam amisit, et tota fere nobilitas Galliae, pleraeque etiam ciuitates Henrici III. auctoritatem atque imperium sequutae sunt, eique ut regi suo legitimo armis, opibus, consilio ad vltimum vitae halitum fideliter et constanter seruiuerunt. Hugo Grotius in appendice ad interpretationem locorum noui testamenti, quae de Antichristo agunt, p. 59. ita de hoc foetu scribit: *Boucherii liber flagitiosissimus de abdicatione Henrici III. Galliarum regis, non argumentis tantum, sed et verbis desumptus est non ex Mariana aut Santarello, sed ex Iunio Bruto (quis is sit, sat scio, sed quia latere voluit, lateat) et ex viris doctis quidem sed*  
*eius*

*eius factionis.* Samuel Mareſius lib. II. concordiae diſcordis et antichriſti reuelati c. II. §. 7. p. 51. *Homo, inquit, a nemine noſtrum nec laudatus nec adprobatus, Boucherius ex malis peſſima fecit, et in virus tranſmutauit.* Fuit vero Boucherius doctor Sorbonnicus, ligaeque noſtiſſimae pars non minima, de ſententia etiam quorundam parricidii Iacobi Clementis conſcius, quam in rem conſule magnifici Buddei lexicon ſub Henrico III. et Io. Boucherio.

## §. XVII.

Tribuitur etiam liber de iuſta reipublicae chriſtianae in reges impios et haereticos auctoritate, animaduerſione, iuſtiſſimaeque catholicorum ad Henricum Nauarraeum quemcumque haereticum a regno Galliae repellendum confederatione Antwerpiae M D XCII. 8. excuſus, Io. Boucherio ab Henrico Ernſtjo variarum obſeruationum libro II. c. 36. ſed Struuius, qui ſanguinarium et crudeliſſimum librum vocat, non credit *ab vno auctore vtrosque tractatus eſſe, cum priori tractatui nomen praemittere non dubitauerit*, in bibliophiſoph. c. VII. §. 27.

## §. XVIII.

Quartum locum occupet Franciſcus Hottomannus, cuius vitam et laudes complexus Ianus Vincenſius Grauiua, Ictus et antecellor Romanus in originibus iuris ciuilibus p. 216. verbis ſequentibus: *Protulit, inquit, Gallia Franciſcum Hottomannum ex illuſtri et veteri familia quae ſub Ludouico VI. a Germania occaſione militiae migravit in Galliam: vbi claris affinitatibus et continuatis honoribus floruit. Franciſci tamen huius ingenio fuit longe ſplen-*

*splendidior. Is enim Iurisconsultus fuit et orator eximius. Ius civile didicit in Aurelianensi schola: indeque Lutetiam Parisiorum ad senatoriam patris dignitatem vocatus forensium iurgiorum stomacho ad sua vetusti iuris et bonarum artium studia inuito parente secessit. Qui tamen parens hanc naso culpam condonasset; nisi paullo post ab auita, veraque religione (ex sectae suae principiis Graulina loquitur) ad Caluini doctrinam secessisset, seque Lugdunum libertatis causa contulisset, relictis patriis laribus abiectaue proxima spe honorum et opulenti coniugii. Quo facinore pater exulceratus alimentorum etiam spem filio praecidit. Qua nunciata re Franciscus minime exanimatus illa Epicuri voce continuo exclamauit: Habeamus aquam, habeamus potentiam, Ioui ipsi de felicitate controuersiam faciemus. Itaque suis et studiis non solum laudem, sed et vitae subsidium ducere decreuit. Vnde primum Laufannam, postea vero Argentoratum vocatus a Germaniae primoribus, qui honores ei certatim offerebant, ea facundia docuit, ut nobilissimos quosque ad se audiendum e remotissimis regionibus contraheret. A quo docendi munere supersedit tantisper, quoad in Nauarrena regia, inque variis legationibus honorifice susceptis regis Galliarum administratoribus paruit. Ab his vero ut potuit celerius homo quietis quam honorum cupidior, expeditus retulit se ad studiorum tranquillitatem. Deinde rogatu episcopi Valentini Valentiam concedens eo dilapsa iam bonarum artium studia voce atque instigatione sua retraxit. Inde semel, atque iterum ad Bituricensem Academiam explicaturus ius civile simul cum auditorum turba sibi maxime beneuola reductus, ac postea civilium bellorum naufragiis reiectus, redeundi propositum imperum omnino dimisit, illud saepe praedicans: frustra*

C

Nepiu-

*Neptunum accusat, iterum qui naufragium facit. Etenim euersus bonis omnibus, et amissa illustri bibliotheca ex insigni illa Caluinistarum clade vix vitam saluam retulit. Igitur patria profugus etsi a pluribus Germaniae principibus ad suas cuiusque academias reposceretur, tamen Basiliam, Rauracorum cum omni se familia contulit, ubi cum annum quintum et sexagesimum agentem aqua intercus extinxit, anno MDXC. relictis filiis duobus, Ioanne et Daniele ac filiabus quatuor. Vir fuit uniuersae antiquitatis tum sacrae tum profanae oppido peritissimus, et non minus ingenio quam oratione felix et candidus. Hactenus Grauiua. Io. Imperialis, philosophus & medicus Vicentinus, in museo historico p. m. 51. seculi sui luminibus Duareno, Cuiacio iungit, qui haesissent Andreae Alciati vestigiis, qui facem praetulissent iurisprudentiae studiosis, quo ex Romanorum oraculis aequi bonique pondera celerrime haurirent, longis repetentium ambagibus inuoluta. Latere interdum voluisse sub nomine Matagonis de Matagonibus lepida, (\*) quam profert, historia nuper me docuit Augustinus Leyserus, Helmstadiensium ICTus ornatissimus in elegantissima dissertatione de variationibus & retractionibus ICTorum p. 17. Copiosius exposuit nostri*

(\*) Sic ἐν πρῶτῳ liceat verba addere: nota, inquit, omnibus est historia de eo, qui cum dormiens a praefide excitatus, et sententiam interrogatus esset, semisomnis dixit, suspendatur, suspendatur, credens esse criminales processum. Cui praeses quinimo, inquit, agitur de prato. Ergo defalcetur, respondit ebrius.



stri vitam Neucletus Doschius, quam Leickheri notis, elogiisque aliorum locupletatam praemisit Io. Francisci et Io. Hottomanni patris et filii & clarorum virorum ad eos epistolis Io. Guilielm. Meelius ICrus. Vide den Monatlichen Auszug im Monath Octobr. p. 673. seqq.

§. XIX.

Sparsit vero infesta summis principibus dogmata, in Franco-Gallia sua, quae prodiit Francofurti MDCLXV. 8. adiunctam habens Antonii Matharelli responsionem auctori quondam oppositam. Hermanus Dietericus Meibomius in dissertatione de Gallicae historiae periodis ac praecipuis scriptoribus, quam Io. Alberti Fabricii Isagoge in notitiam scriptorum historiae Gallicae exhibet p. 18. huius mentionem faciens, *Franco-Galliam*, inquit, *post lanienam Parisiensem e Gallia profugus scripsit, in quo docto alias libro hypothese suae seruiens in regum potestatem est iniquior.* Io. Henr. Boeclerus in dissertationibus politicis, quae institutionibus politicis accesserunt, p. 408. accurate de hac iudicat verbis sequentibus: *Sunt inuenti, qui partim pulchritudine philosophiae, quam imbiberunt de optima regni specie, partim ad terrendos hac velut Gorgone tyrannos, partim ad seruanda privilegia caussae suae nimis seruiuerunt. In quibus omnibus propositis speciosus libertatis titulus et illecebra subest. Huc retulerit aliquis Hottomanni Franco-Galliam, et si qui non sunt multum dissimiles.* Legi etiam potest de hoc libro, qui auctori tot inimicos conciliauit, epistola xxxvii. xxxviii. xxxix. et xl. in Francisci et Io. Hottomanni patris et filii et clarorum virorum ad eos epistolis, quae

cura Io. Guiljelmi Meelii Icti Amstelodami MDCC 4. publicatæ sunt. Morisottus in Henrico M. C. II. ab Hertio tom. I. opuscul. p. 441. citatus insolenti hoc libro Hottomanni celeberrimum nomen infamatum scribit.

§. XX.

Io. Hulsemannus, acutissimus Theologus, cuius nepotibus grauissima munera in variis aulis ornantibus ferente sic occasione secundum vitæ sine vlla offensione cursum obstrictus beneficiis cliens precor, in extensione breuiarii c. xx. de magistratu politico §. 21. huc refert Irenaeum Philaletham, auctorem libri de motibus Scotiae, quem Iacobus Reuius examinis episcopatus Vedeliani p. 14. ait esse Ludouicum Molinæum. Fuit vero Ludouicus Molinaeus, Petri Theologi apud reformatos celeberrimi filius, verum patre ingenio et iudicio inferior iudice Morisotio polyhistor tom. III. lib. V. §. 26. Floruit circa medium proxime elapsi seculi, et in Academia Oxoniensi historias tradidit. Meminit eius subinde Vincentius Placcius in theatro anonymorum et pseudonymorum, et quidem inter anonymos num. DCCCLXXX. et DCCCLVIII. inter pseudonymos autem num. MCCCCLXIV. vbi etiam docet, eum sub nomine Irenaei Philalethae commentarium rerum sui temporis in Scotia gestarum edidisse.

§. XXI.

Ad Anglos facienti gradum non pauciores occurrunt in nostrorum numero iure meritoque habendi, vt non sine ratione scripserit Io. Henr. Boeclerg in Museo, libro raro, p. 37. esse *Britanniam fanaticis hominibus*

*bus plenam, quibus neque lex, neque imperium ac civilis ordo disciplinae in bonis, sed dissoluta impudensque licentia caput religionis sit.* Quidam tecto nomine prodierunt, quidam indicare non erubuerunt. In his primus est Ge. Buchananus, historicus et poeta disertissimus, natus in Leuinia Scotiae provincia ad Blannam amnem anno MDVI. Kalendis Februarii, mortuus Edinburgi Scotorum MDLXXXII. aetatis LXXVI. Anticipites variosque casus expertus est noster in vita. Parentem amisit puer, mox auum, patris munere fungentem, quibus mortibus magna studiis iniecta remora illustri ingenio et industria iuuenis. Traiecit autem illa Lutetiae, quae turpi a luto quondam nomen habuit, nunc autem sordibus purgata argento puro purius splendet. Hinc Gallicanum Martem auxilium Scotis ferentem sequutus, ubi cum res quoque non succederet, scholasticum accepit munus, puerisque erudiendis per triennium dedit operam. Pulvere scholastico respersus, immo fere oppressus, innotuit Cassiliffae comiti Gilberto Kennedo, qui, ut ingenio fauebat, benignam porrexit manum, quo pacto in Scotiam reductus, et Iacobi, regis Scotorum filii, studiis ac morum formationi praefectus. Sed noua procella a Franciscanis, quos elegia quadam profciderat, excitata in Angliam, mox Galliam, tandem Lusitaniam secessit, in scholisque iterum docuit publicis. Tot incommodis fiducia diuinae opis, ac sortis olim melioris superatis exoptatum tandem senectutis portum consequutus apud Iacobum VI. Scotiae, post etiam Angliae Regem, quem omni studio ad cultum magna

gnae fortunae formauerat, de quibus post alios breuiter scripsit Io. Petrus Lotichius in bibliothecae poeticae parte IV. p. 20.

s. XXII.

Causa vero cur in hoc numero habeatur, est dialogus de iure regni apud Scotos, rerum Scotticarum historiae, libris XX. absolutae, adnexus. Caspar Zieglerus, magister Ictus, in exercitationibus elegantissimis circa regicidium Anglorum p. 155. de illo iudicat, & excerptis propositionibus iudicium firmat: *edidit, inquit, Ge. Buchananus de iure regni apud Scotos dialogum, in quo tantum abest, ut dignitatem et iura regia exornet aut magni faciat, ut potius regem suum, cui tamen totum librum dicatum voluit, etiam de praediolo, de luminibus, de stillicidiis accusari, et aduersus eum iudicium dari posse contendat. Utque impias suas assertiones religionis quodam aut diuini iuris velamento palliare queat, in ipsam scripturam, quam saepissime inuolat, plurimaeque dicta nouis explanationibus interpolata in sententiam suam trahit. Nos ex multis propositionibus, quas illic frustra propugnat, sequentes tantum, quae ad praesens negotium facere videbantur, excerptimus, ut constet lectori, quam friuole et inepte de maiestate per totum illud opusculum loquatur: Si rex vi coegerit populum sibi parere, populus quoque, ubi primum suis viribus ceperit confidere, violentum illud imperium poterit excutere; cum a regibus et populis recepta iura pronuncient, et natura clamet, quicquid per vim fiat, simili vi solui posse. Populus, a quo nostri reges habent, quicquid iuris sibi vendicant, Regibus est potentior. Quicquid iuris alicui populus dedit, idem ille iustis de causis potest reposcere. Populus est rege praestantior*

*tior et maior. Rex ergo, cum ad populi iudicium vocatur, minor ad maiorem in ius vocatur. Tyrannus non modo non iustum habet imperium in populum, sed etiam populi hostis est, et propterea bellum cum eo iustum est. Io. Franciscus Buddeus, polyhistor et theologus inclytus, in historia iuris naturalis §. 52. causam aperit verbis sequentibus: Georgium Buchananum, inquit, poetam seculi sui facile principem in dialogo de iure regni Scotiae populo prae regibus fauere constat. Ast facere aliter non poterat, qui totus ab illis pendeat, qui deiecta Maria Stuarta, Scotiae regina, rerum ad se trahere summam annitebantur. Quorum etiam spectare videtur iudicium Io. Andreae Bosii, historici olim Ienensis celebratissimi in libro de comparanda prudentia ciuili p. 43. fuit, inquit, vir summa eloquentia et scribendi facultate incomparabilis, diligentia quoque et prudentia, tum et exquisito iudicio multis superior, sed quorundam sententia fide promercali partiumque studio sic interdum abreptus, ut eius libri ab ordinibus Scotiae falsitatis damnarentur.*

### §. XXIII.

Buchanano succedat Io. Miltonus, qui defectionem edidit pro populo Anglicano, postquam Carolum I. exemplo posteris detestando anno MDCXLIX. die 30. Ianuarii securi percusserant, de quo legendus Io. Christophorus Becmannus in historia orbis terrarum Geographica et Ciuili parte II. c. III. §. II. Petrus Ambrosius Lehmannus obs. hist. General. Geograph. de anno MDCCIII. 30. Sept. p. 233. et Io. Hubnerus quaest. Hist. tom. II. p. 966.  
Boec-

Boeclerus in laudato museo p. 31. *Miltoni, inquit, libellus pro scelere omnis memoriae immanissimo scriptus animos omnium nouitate rei et atrocitate conuertit. Excusare enim parricidium cui nulla aetas vidit simile quid excusare? vltro vt pulcherrimum facinus, Deique immortalis nutu et optimo iure patratum praedicare alterum et plusquam parricidium videbatur. Plura habet, sed nolo addere omnia. Illustris Hertii tom. I. opuscul, p. 442. de Miltono et Rege haec sunt iudicia: Omnium instar esse possit effrons ille Miltonus, qui parricidium regis Angliae non excusare solum, sed et vltro ut pulcherrimum facinus Deique immortalis nutu et optimo iure patratum praedicare non erubuit. ( quae verba a Boeclero mutuatur noster ) Non excusauerim quidem omnia Caroli regis acta, multo minus illud probauerim, quod in publicis orationibus et declarationibus fundamenti loco ponebat: nulli praeterquam Deo ad reddendas factorum rationes se teneri, hoc omnes sapientes docuisse, hoc regium ius a Samuele descriptum ostendere. Sed dum Miltonus ad suam causam diuina impie adducit, Aristotelis nomen peruerse suis rationibus praetexit, denique de vita regum tesseris ludit, ingenium foedis adfectibus abunde prodit inquinatum.*

### §. XXIV.

Quod vero ad Miltonum ipsum attinet, Io. Tolandus edidit *The life of Iohn Milton* Londini MDCXCIX. 8. vbi praeter operum eius historiam characteres extraordinarii hominum, librorum item, sectarum, partium, et opinionum exponuntur. Acta Eruditorum Latina anno MDCC mense Augusti p. 372. excerpserunt ad legendum iucunda, ex qui-

quibus historiam de malo muliere, illis, qui cum calibus monstris, felici vulnere renascentibus conflantur, commendo. Propter hanc creditur etiam novam de diuortii sententiam excogitasse, quam Pufendorfius lib. VI. iur. nat. et gent. C. 1. §. 24. adducit: *imprimis, inquit, valde sudat, domestica fortasse calamitate irritatus Io. Miltonus peculiari libro de diuortii ut probet etiam per principia religionis Christianae mores intolerabiles, ac disparitatem et renitentiam animorum inter coniuges sufficientem esse diuortii causam: immo si qui tam mate comparati deprehendantur, omnino separari debere.* Quae hypothesis Pufendorffio falsa videtur, nec cordato theologo Buddeo placet in institutionibus theologiae moralis parte II. cap. III. sect. 6. §. 10. Sed illustri Thomasio in institutionibus iurisprudentiae diuinae lib. III. cap. III. §. 67. *non adeo leuis nec de nibilo iudicanda videtur sententia, etsi passim vapulet.*

## §. XXV.

Milono succedat Io. Philippi, Miltoni ex fore nepos adhuc superstes, qui haustas ex pestiferis Miltoni fontibus sententias proponit in responsione ad apologiam anonymi cuiusdam tenebrionis Londini MDCLII. 12. edita. Per tenebrionem illum intelligit Io. Bramhalum Angliae episcopum, cuius vitam non adeo pulcris coloribus pingit, vnde et hanc responsionem iniuriis potius quam argumentis referatam esse iudicat illustris Struuius in bibliotheca philosophica p. 197.

D

§. XXV.

## §. XXV.

Eiusdem conditionis est William Allen; qui idem regicidium defendere conatur in libro, quem inscripsit *traité politique, que tuer un tyrann' est pas vn meurte a Lyon MDLXVIII. 8.*

## §. XXVI.

Gisbertum Cockium pastorem Cockengensem recentem monarchomachum adpellat obseruator, Halensis tom. VI. obseruat. I. §. II. *O rari* Scurtzfleischius eum magistrum ex vulgari schola adpellat, cuius conatus plus ex audaciâ habeant, quam ex successu, vix leuiter eruditum, cui cupido famae, magnum in tenui eruditione malum, calcar addiderit; coquere Cokium et recoquere, et tamen parum, a cruditate abesse quae adponit. vide Acta Sarcmafiana, et quae Theodorus Crusius, doctissime adnotauit p. 48.

## §. XXVII.

Recentior est Io. Tolandus, Hibernus, qui adhuc scripta edidit miris foeta dogmatibus, tanque Socinianis quam monarchomachis amica, vt in deliberationem ceciderit, vtrum recensio scripti Tolandini actis esset inferenda. Vide acta eruditorum de anno mōcc mensis Augusti p. 372. Eius dissertatio *Christianismus | mysterii expers* parlamenti Hibernici iussu est cremata, opiniones reliquae a doctioribus explosae, inter quos eminet Io. Franciscus Buddeus, patronus meus certissimus, qui in syntagmate dis-

serta-



sertationum theologicarum pro merito castigavit p.  
211.

s. XXVIII.

Tecto nomine monarchomachorum sectam auxit auctor du triomphe de la liberté ou l'irreuo cabalité du test et d' autres loix fondamentales des etats, prouueé par le droit diuin, par le droit naturel, par le droit de la nation, et par la mort tragique de Charle Stuart pere du roi regnant a Londres 1688. In illustris Thomasi colloquiis menstruis de hoc auctore iudicatur : Er vertheidiget deutlich die hypothesen monarchomachicas, und gibt dem König für einen offenbahren Tyrannen aus. Er tractiret zwen Fragen darinnen / (1.) ob der König ohne Consens des parlaments dürffte den Test und die poenal Gesetze abschaffen (2) ob wohl zu praesumiren sey / daß der König solches zu thun vermögend seyn werde. Bey der ersten Frage discouriret er erst von dem vielen Schaden / den die Verletzung redlichen Versprechens und Zusage in allen Republicquen angerichtet / hernach erkläret er / worinnen der Test und poenal-Gesetze beruhen / und was derselben Abssehen sey / und will darnach erweisen / daß des Königes Vorhaben wieder alle Göttliche und weltliche Rechte / auch wider alle Fundamental-Gesetze des Königes sey / und daß viel mehr nach diesem Gesetz allem zugelassen wäre dem Könige Widerstand zu thun / ihn abzusetzen / und als einem Tyrannen das Leben zu nehmen / welches letzte er aus vielen Orten der heiligen Schrift selbst darzuthun sich unterstehet. Bey der andern Frage schmähet er gar sehr

sehr auf des Königes Person und seine Qualitäten wegen welcher er vor andern gerühmet wird ic.

§. XXIX.

Latere quoque voluit, auctor qui scripsit le Julian l' apostate ou abbrege de sa vie, dans lequel on voit l' horreur, que les meilleurs chretiens d' entre ses suiets temoignent contre lui en paroles, en actions, et meme dans leurs deuotions publiques avec vne comparaison du papisme, et du paginisme et vne autre idee generale du papisme avec vn petit traite de l' antichrist traduit del' Anglois 1688. 12. In Thomasi colloquiis mentris loco citato p. 490. dicitur: Der Haupt-Zweck gienge dahin / daß der auctor dem Könige in Engelland mit dem Iuliano verglichen / und seine Unterthanen anmahnen wollen / daß sie mit ihm / als die damahligen Christen mit dem Iuliano umzugehen wohl befugt wären. ic.

§. XXX.

Relicta Anglia ad Germaniam pergo, quae progenit etiam monarchomachos, et fortassis in posterum progignet. Prae aliis nominantur Althufius et Hoenonius, quorum ille in politica methodice digesta, atque exemplis sacris et profanis illustrata, hic in disputationibus politicis aduersae monarchis doctrinae fauissè dicitur. De utroque (\*) Her-

(\*) De Althufio speciatim iudicat Boeclerus in institutionibus politicis lib. II. c. I. p. 104. *Plus nocuit Althufii politica, quae ista commenta et portenta opinionum auctoritate atque deoavit, ut mirandum profus et dolendum sit, illud opus*

Hermannus Conringius in dissertatione politica de civili philosophia eiusque optimis ac præcipuis scriptoribus iudicat §. 20. *Albusi*, inquit, et *Hoemonii* pernicioſa dogmata, ſeditioſa plebis tumultus aſentia a doctis viris iam dudum ſunt proſtigata. Hi ſcilicet fundamentum doctrina ſuæ collocant in eo, quod ſumma rei-publica cuiusvis conſiſtat penes ſolum populum, quod tamen falſiſſimum et certiffimum civitatibus plerique ſolet adferre interitum. Magnificus Buddeus, pro dote diuinitus conceſſa, de illis moderatius in historia iuris naturalis §. LII. Io. *Albusius* an peculiare, quæ in hanc eum induxerint ſententiam, habuerit rationes, neſcio: hoc ſcio, acrius nimis de eo cenſuiſſe Hermannum Conringium, quod peſtilenti veluti ſidere adſtatus eo impudentia progreſſus ſit, ut ipſa illa ſeditioſorum hominum deliramenta in formam artis redigere, Et ſcripturae ſacrae teſtimoniis in-cruſtare non erubuerit. Ego *Albusium* non defendam: hoc tamen fateor, multa vere et cordate ab illo dicta, qua hodie forte aſſentatoribus principum, ut plerique ſunt, qui ſe politicos iactant, maxime in Academiis, dura nimis et aſpera videntur. Nec dubito, quin multa monarchomachorum effata commodam admiſſant interpretationem, et ideo ſaltem diſpliceant, quod aperte nimis veritatem prodant. Aequitati ubique ſtudendum, præſertim in ſcriptis eruditorum cenſendis: aſt mirifice ab ea alieni ſunt, qui adfectibus præpediti ad hæc ſacra accedunt. Quæ dicta ab his contra ſanctitatem principum

E ſunt,

opus iuuentuti commendari in vlla Academia Auguſtanam confeſſionem profuente, cui proprium eſſe debet, hanc philoſophiam in-corruptam ſeruari. Plura iudicia collegit *Bailius* in dictionario critico ſub voce *Albusius*.

*sunt, merito reiicienda: sed an dicta sint, diligenter prius dispiciendum. Iuxta hanc regulam de reliquis etiam pronuntiandum, qui in huius criminis suspicionem veniant, vti Philippus Hoemonius in disputationibus politicis, Guilielmus Rossaus etc. Fuit autem Io. Althusius syndicus Embdanus, ut Bailius et Buddeus in lexicis docent: Philippus vero Hoemonius ICtus Herbormensis teste Io. Textore in chronico Nassauensi c. II. §. 21.*

### §. XXXI.

David Pareus Franckensteinii in Silesia superiore natus theologus reformatae religionis celeberrimus, commentario in epistolam Pauli meruit in nostra quoque classe locum. Baelius in Lexico sub hac voce: *Il publicia diuers commentaires sur l'écriture, et entre autres un sur l'epître de St. Paul aux Romains, qui fut extrêmement desaprouvé en Angleterre, a cause qu'il contient des maximes un peu antimonarchiques.* In notis autem addit Baelius: *le roy Iaques le fit bruler par la main du bourreau: l'université d'Oxford le condamna de la maniere plus fletrissante.* Hugo Grotius de iure belli et pacis illius tangit vlcera lib. I. c. 4. §. 6. *Inuenti sunt, inquit, nostro seculo viri (\*) eruditi quidem illi, sed temporibus et locis nimium seruienses, qui sibi primum (ita enim credo) deinde alius persuaderent, ea quae iam dicta sunt (nempe de bello in superiores) locam habere in priuatis; non etiam in magistratibus inferioribus, quibus ius esse putant resistendi iniuriis eius,*  
cuius

(\*) (In notis Grotii secundo loco comparat David notat.)

cuius summum est imperium ; immo et peccare eos , ni id faciant , quae opinio admittenda non est. Nam sicut in dialecticis species intermedia , si genus respicias , est species ; si speciem infra positam , genus : ita magistratus illi , inferiorum quidem ratione habita , sunt publicae personae , at superiores si considerentur , priuati sunt. Nam omnis facultas gubernandi , quae est in magistratibus , summae potestati ita subiicitur , ut , quidquid contra voluntatem summi imperantis faciant , id defectum sit ea facultate , ac proinde pro actu priuato habendum. Locum hic quoque habet , quod dicunt philosophi , ordinem non dari nisi cum relatione ad aliquid primum. Add. Valentinus Velthemius in metaphysica axiomata p. 69. hanc quoque in rem conferri potest Illustris Thomafius in coll. menstr. parte II. anni MDCLXXXVIII. p. 745. & 746.

## §. XXXII.

Tempore obsidionis Magdeburgensis , & , quod hanc praecessit , belli Smalcaldici seueriores quosdam Theologos ad hanc sectam inclinatiores fuisse ; nec non librum de iure magistratum Magdeburgensibus adscribi , docet obseruatio Halensis. I. tom. VI. §. 6.

## §. XXXIII.

Apertius omnem magistratum impugnarunt anabaptistae Thuringi & Monasterienses , de quibus laudatus saepius Buddeus in commentatione Academica de concordia religionis Christianae statusque civilis cap. VI. p. 214. ita disputat : *Anabaptistae vel maxime hoc nomine male audiunt , quod dogmata*

rerum publicarum salutem ac tranquillitati adversa fovens. Quod quidem eo facilius nonnulli sibi persuadent, cum se cum expendunt seditiones atque tumultus, quibus nonnulli hisce sacris addicti, occasionem suppeditarunt. At vero neutiquam nobis committendum est, ut innocentes pariter cum nocentibus damnemus, omnesque uno eodemque habeamus loco. Namque a Munzeri, atque Ioannis Leidenfis sectatoribus, quorum ille in Thuringia, hic Monasterii, intestini belli auctor extitit, reliqui omnino discernendi sunt, quippe quorum mores a moribus illos plane abhorrent, et qui diserte etiam profitentur, nunquam sibi hosce probatos fuisse ausus. Sane pro Munzerianis istis atque Monasteriensibus aut excusandis, aut defendendis, quid dici possit non invenio, ideo aperte suis facinoribus a pravis cupiditatibus suis se circumagi in omne nefas, prodiderunt. Nec ipsa illorum molimina hic recensere necesse est, quippe quod iam alii quam diligentissime, licet non omnes aequae circumspice, aut sincere, praestiterunt; ut auctor libri: *Successio Anabaptistica*, Belgica lingua scripti, Georgius Cassander (ob modestiam et sinceritatem ipsis Anabaptistis laudatus) de origine sectae Anabaptisticae, Ioannes Gastius Brisacensis, de Anabaptismi Exordio, historiis abominandis etc. Nicolaus Gerbelius, Phorcensis, iureconsultus, de Anabaptistarum ortu et progressu, Lambertus Hortensius, de tumultu Anabaptistarum, Ioannes Moded, de initiis sectae Anabaptisticae, et, qui omnes fere superat, Io. Henricus Ottius in *Annalibus Anabaptisticis*, sive *historia universali de Anabaptistarum origine, progressu, factionibus*: porro Petrus Gnodalius a Simone Sebardio editus Tom. II. scriptorum rerum Germanicarum, itaque Petrus Cramerus et Hubertus Thomas Leod-

us apud Freberum, tom. III. quibus denique addi potest  
 Fridericus Spanbemius in diatriba historica, de origine,  
 progressu, et sectis Anabaptistarum; et anonymus, qui lingua Gal-  
 lica historiam Anabaptistarum edidit, quae Parisiis anno  
 M. DCXCV. prodit, ut nunc alios, innumeros fere, taceam.

## §. XXXIV.

Belgium produxit Martinum Becanum, notis-  
 simum e Pontificiorum grege, theologum, de quo  
 Zieglerus in exercitationibus circa regicidium An-  
 glorum p. 179. ita: *Martinus Becanus theol. scholast. p.*  
*II. tom. post. tr. I. c. 15. qu. 4. cum proposuisset quaestio-*  
*nem an haeretici priuentur dominio et iurisdictione tempo-*  
*rali, et videret communem suorum sententiam infirmo ad-*  
*modum nisi fundamento consistetur non priuari illos, si se-*  
*lum spectetur ius naturale aut diuinum, argumentis addu-*  
*ctis satis grauibus; priuari autem tantum ecclesiastico iure.*  
*Quam friuolum autem et ditutum hoc sit, nemo non videt.*

## §. XXXV.

Boxhornius bene dicendi magister Lugdunen-  
 sis, cuius vitam et scripta nota fecit Adolphus Clar-  
 mundus in vitis clarissimorum in re litteraria viro-  
 rum parte II. n. XXI. p. 165. seqq. eandem haeresim  
 non occulte, Franckensteinio, historico olim Lipsiensi  
 celebratissimo, in praefatione sua teste, tuetur. Vnde  
 repetiit Iacobus Thomasius in annotationibus ad tab.  
 XXII. p. 44. philosophiae practicae: Georgius Pa-  
 schius de inuentis noui antiquis c. IV. §. 7. p. 187. Io.  
 Henricus Feustking, in Sched. de Ahitoph. Machia-  
 nell. §. 18. alii.

## §. XXXVI.

In monarchomachis, quos Italia dedit tellus,  
 post

post Marsilium Dementandrinum Patauinum praefulget Bellarminus, cuius liber de ecclesiae potestate cum Fr. Suarezii libro eiusdem argumenti Parisiis synodo Cardinale Perronio (\*) praesidente habita damnabatur, quod regio iuri derogare maxime crederetur. vid. celeb. Adami Rechenbergii liber mem. prael. hist. p. 362.

## §. XXXVII.

Petrus Martyr, Florentinus, qui teste Sleidano de statu religionis et reipublicae lib. XIX. p. m. 506. Argentorati per annos quinque magna cum laude docuit, deinceps Oxoniae sacras litteras interpretatus est, peruersae quoque huius doctrinae accusatur a Grotio lib. I. de iure belli et pacis. c. IV. §. 6. in notis.

## §. XXXVIII.

Hispania laudat Marianam suam, cuius vitam historiae rerum Hispanicarum praemisit Charentonius. vide Das Neueste von politischen und gelehrten Sachen. p. 169. At laudem, quam historia illa meruit, commaculauit peruerso huius generis dogmate. Buddeus in commentatione de concordia religionis statusque ciuilibus c. IV. §. 3. p. 124. *Adversus doctores Iesuitici ordinis est, fas esse, principem cetera legitimum, si a quibusdam praesertim doctis tyrannus declaretur, occidere. Ita Io. Mariana, Iesuita Toletanus in libro de institutione principum suam hac de re sententiam edisse.*

(\*) Non video ergo, quid sibi velit Boeclerus dissertatione politica decima sexta p. 407. scribens: Bellarminum et Cardinalem Perronium eadem propugnasse.



edisserit, ut hoc diserte adfirmet, immo in magna ab omni memoria laude fuisse commendat, quicumque tyrannos opprimere adgressi sunt, si quaeras a quibus demum eiusmodi princeps, quem nonnulli pro tyranno habent, interfici possit? et populo uniuerso, et singulis etiam hanc concedit potestatem. Quicumque princeps, inquit lib. I. c. VI, communis se boni, hoc est religionis et patriae hostem praebuerit, talisque a re publica iudicatus fuerit, auctoritate et publica et priuata, e medio tolli potest: item si nulla sanitatis spes, bellum necessario concitabitur, et princeps publicus hostis declaratus ferro perimetur. Eademque facultas esto cuiusque priuata, qui in conatum rempublicam inuadendi ingredi uoluerit. Vult equidem si fieri possit, ut consensus populi aut tacito aut expressus accedat nec tamen, si non accedat, pulcherrimum eiusmodi facinus intermittendum ceuset: Sufficere, si viros eruditos et graues h. e. Iesuitas consulat: nisi publica vox, inquit, populi adsit, viri eruditi et graues in consilium adhibeantur, quos verosimile est minima perturbato animo de tota re iudicaturos. Immo iis etiam inconsultis caedem maturandam esse, si occasio resque ita postulet. Neque putamus, inquit, fore aliquem, qui certus perimendi oblatam eius caedis occasionem negligens theologorum id arbitrio permittat. Si porro de modo quaeras in promptu est responsio Marianae: quid interest, inquit, ferro aut veneno perimas, cum concessa sit ferro et fraude agendi facultas: immo venenum praefert, quod minori hoc ipso periculo parricida exponatur: Veneno, inquit, si perimas, fit id minore periculo, maiore spe impunitatis.

## §. XXXIX.

Antequam ad factionem secundam propero,  
Iube

lubet quaedam addere superioribus, penuria librorum, quos interea conquisivi, omissa.

§. XL.

Ad §. XX. pertinere creduntur Hugonotti, de quorum nomine Matthias Berneggerus in observationibus miscellis p. 127. ita disserit: *Omnium aures cotidie nomen Hugonottorum circumsonat: pauci eius etymologiam seu, ut Quintilianus adpellat, originationem seu notationem sciunt. Eam varii variam tradunt: Sed omissa superuacua falsorum enarratione placet ante omnia quod Thuanus scribit, adnotare, cuius haec sunt verba: anno 1560. ab eo loco (scilicet Caesaroduno seu Turonibus, quam urbem Tours hodie vocant) tunc Hugonotti ridiculum simul et odiosum nomen innotuit, quo qui antea Lutherani dicebantur, passim postea in Gallia adpellari coepere. Huius autem haec origo fuit, quod, cum singulae urbes apud nos peculiaria nomina habeant, quibus mormones, lemures, manducos, et cetera huiusmodi monstra inania, anilibus fabulis ad incutiendum infantibus ac simplicibus feminis terrorem, vulgo indignant, Caesaroduni Hugorex celebratur, qui noctu pomoeria ciuitatis obequitare, et alios homines pulsare ac rapere dicitur. Ab eo Hugonotti adpellati, qui ad ea loca ad conciones audiendas itidem, et ad preces faciendas noctu, quia interdum non licebat, agminatim in occulto conueniebant. Boeclerus in dissertationum politicarum decima sexta p. 408. de his tale fert iudicium: Quibusdam religionem incipientem et adulescentem inter homines diuersa sentientes talibus schematibus manere consilium et ius fuit; Hugonottis in Gallia id saepe*

pe

pe tribuitur. Merito tamen viris grauibus religio fuerit religionem cum praeciuicio iuris regii, quod et ipsum pars est religionis (siue de quo recte sentire pars est religionis) tueri. Veritas enim adiumenta non nisi ex veritate petit.

## §. XLI.

Addi etiam debet Lambertus Danaeus, Theologus Gallus, Aureliae natus, de cuius dogmate legi potest Grotius de iure belli et pacis lib. I. c. IV. §. 6. in notis.

## §. XLII.

Ad §. 36. pertinet Claudius Seyfelius Italus, teste illustri Thomasio in phil. aul. c. I. §. 82.

## §. XLIII.

Augeri potest §. 38. nomine Ferdinandi Vas. iiii, summo nati inter Hispanos loco, cuius vitam exponit Nicolaus Antonius bibliothecae Hispanicae parte I. p. 299. sq. Io. Henricus Boeclerus commentario in Grotium lib. I. c. III. p. 234. hoc eius fundamentum, et quasi regulam elementarem esse ex controuers. illust. lib. II. c. 10. docet: *Omnes omnino principatus, regna, imperia, potentatus legitimos, legum et hominum, ob publicam ipsorum ciuium utilitatem, non etiam ob regentium commodam, inuentos, creatos, receptos, admissosque fuisse. Addit: Hoc tam crude arreptum quales definitiones pepererit, animaduertas facile. Connexa enim sunt violenta illa et importuna: omne imperium berile, immo omne imperium, vbi imperantis utilitas quaeritur, esse tyrannicum: omnes reges nihil aliud esse, quam magistratus, quod Althusio inter sollemnia carmina placet.*

## §. XLIV.

Emendandum etiam occurrit aliquod circa §. 14.

F

vbi

vbi Innocentium Gentilettum nominavi Ictum Delphentem, inductus docti alicuius viri iudicio; sed Ge. Paschius de inuentis nou-antiquis p. 187. primum Tolosanae curiae aduocatum, deinde Geneuensis reipublicae Syndicum fuisse docet. Baelius in Lexico plurima de eo in medium profert, ex quibus excerpere liceat sequentia: *Innocent Gentilette natif de Vienne en Dauphiné a fleuri au xvi. siecle. Il publia des liures de controuerse, qui le rendirent recommandable au parti des protestants: car il y deplioia de l' erudition et beaucoup de zele contre le papisme. Il etoit Iurisconsulte de profession, et l' on dit, qu' il fut auocat au parlement de Tolouse. Et interiectis quibusdam: I' admire, que l' on trouue si peu de particularités touchant la vie d' vn homme qui se distingua par ses ecrits et par ses charges; et ie ne saurois assés m' etonner, que ceux mêmes, qui ont composé la bibliotheque des auteurs de sa prouence, n' aient pas remplir six lignes sur son suiet, et, qu' ils y aient commis beaucoup de fautes.*

### §. XLV.

Tandem Hottomanni epistolas nactus de Franco-Gallia, famoso libro, cuius §. 19. iniecta mentio, sequentia excerpfi, quae in vsum iuuentutis proferranda sunt.

In epistola XXXVII. Fr. Hottomannus ita scribit ad Iacobum Capellum.

*De Franco-Gallia in memoriam redit, quod heri mihi nuntiatum est. Nudius octauus a Chamberi tres buccinatores in foro Ducis Sabaudiae et senatus interdixerunt, ne quis eum libellum vendere, aut domi habere, legere, contractare aude-*

*auderet. Hoc nuntio accepto typographi certatim accurrunt, ut alteram editionem adoriantur.*

**Epistola XXVIII. Capellus ad Hottomannum.**

*Quod si ad iudicem eundum, scis quam odiosum sit nomen tuum vel vnius Franco-Galliae nomine, quae quantum video, etiam Sabaudis ipsis exosa est. Cui etiam cur nomen tuum subscripseris non video: certe multi parum consulte factum a te iudicant. Periculosum est in eos scribere, qui possint proscribere.*

**Epistola XXXIX. Fr. Hottomannus  
Iac. Capello.**

*Quod de Franco-Gallia nostra peramanter scribis, verissimum esse adgnosco. Idem alii complures mihi dixerunt. Sed quod olim illis, idem nunc tibi respondeo. Primum si rabularis mihi negotium facebant, mihi esse in animo arresta illorum Pannonica sic tractare ut digna sunt, iisque sempiternam ignominiam adgnoscerent. Deinde liber est historicus, historia facti est. Tota igitur facti controuersia est. Hi factum negant. Quenam impudentia est, cum vix tria proferantur sine testimoniis, ac documentis apertissimis. Si male a me proferri aliquid aut fingi, aut adulterinum pro vero produci querantur, publico id scripto proferant. Ego capitis mei periculo disputationem subibo. Itaque scio, cum ea de re acriter in sanctorum senatu agitatum fuisset, tandem placuisse a Sabaudis id fieri, quod puto te ex meis litteris cognouisse.*

## Epistola XL. Hottomannus

scribit:

*Henrici Matharelli nescio cuius scriptum vidi contra Franco-Galliam nostram adeo stultum, barbarum, stolidum, ut satis constituere non possim, quemadmodum illi respondeam.*

Haec addenda fuere: neque vitio vertet prudens lector: versamur enim in argumento historiae litterariae, vbi dies diem docet, et vbi, sicut in historia omni, testimoniis opus. Grauitur de hac re Gothofredus Guilielmus de Leibnitz, patronus noster gratiosissimus, in epistola ad Io. Fridericum Pseffingerum praemissa ἀξιωματικῶς seculi xvii. Es ist nicht ohne/ daß viele vermeynen/ es sey nicht artig/ oder/ wie sie es lächerlich nennen/ nicht galant geschrieben/ wenn man Zeugen anführet: Aber wie weit sie hierinnen irren/ weiset so wohl die Vernunft/ als das Urtheil berühmter und hochverständiger Leute unserer Zeiten; weilen ja iederzeit besser ist/ daß man den Grund wisse/ darauf ein Geschicht-Schreiber bauet/ als daß man traue auf sein blosses Wort. Und obschon die ibralten Römer und Griechen dergleichen nicht beobachtet/ so wird doch billig hierinnen izo von ihnen abgewichen/ und ist die izige Weise unter diejenige Stücke zu rechnen/ worinnen man heut zu Tage denen Alten vorgehen/ und deswegen auch der Nachwelt gewissere Nachricht hinterlassen kan/ als oft von ihnen geschehen. Wenn Wissenschaften beschrieben werden/ so in Vernunft-Schlüssen bestehen/ brauchet man nicht die Vorgänger zum Beweis/ sondern  
nur

nur zur Dankbarkeit und wohlverdienten Lob anzuführen. Aber Geschichte / die man nicht selbst gesehen / oder in glaublichen Urkunden gefunden / oder durch gemeinen Ruff erfahren / erfordern andere Bezeugung / von denen zu vermuthen / daß sie einige Rundschaft von der Sache erlangen können. Dabero auch der Cardinal Baronius, und andere Mänter / auf solche Artz verfahren.

## §. XLVI.

Stimuli, quibus acti monarchomachi, fere hi fuerunt. 1. Veneratio prodigiosae dominationis Pontificis Romani, 2. odium tyrannidis, 3. odium regni potius, quam tyrannidis, 4. pulcritudo philosophiae de optima regni specie, 5. religio inter homines diuersa sentientes, 6. securitas scribendi, 7. calor disputandi aduersus fautores et adulescentes monarchomachorum, 8. fauor democratiae, quo referri possint Virgiliani Versus, qui animos *ἀπονεύειν* nudant:

O si fata meis paterentur ducere vitam  
Auspiciis, & sponte mea componere curas.

Boeclerus dissertatione politica sexta de his agit, quibus nostra iunximus, pluribus impostero exponenda.

## §. XLVII.

Observatio Halensis tantum vnam tangit causam  
§. IX. his verbis: *Vi Machianellistarum flagitia occasionem*  
G *dedit.*

dederunt factae monarchomachiae: sic regicidia monarchomachorum vicissim ingenia ansam dederunt scilicet machiauellisticam denuo incrustandi. Porgit sapienter: Videtur Deus machiauellistas veteres punire voluisse per monarchomachos, hos vicissim per machiauellistas novos, uti solet sceleratum unum alio scelerato tamquam instrumento vocare ad poenam.

### §. XLIIIX.

Pulcra etiam est comparatio Machiauellismi et Monarchomachiae §.x. descripta. Machiauellismus aperit fenestram atheismo: Monarchomachia polytheismo seu multitudini et confusio religionum. 2. Machiauellismus reges facit tyrannos: Monarchomachia populum regicidam. 3. Machiauellistae supparistantur regibus: Monarchomachi populo. 4. Machiauellistae tollunt reipubl. diuisionem moralem in rectam et aberrantem: Monarchomachi numericam in monarchiam, aristocratiam, democratiam. 5. Machiauellismus e subditis: Monarchomachia e regibus facit mancipia. 6. Machiauellismus ciuibus seruitutem parat: Monarchomachia omnium rerum licentiam introducit. Venenim Machiauellistarum crassius: Monarchomachorum subtilius.



SECTIO II.  
DE  
ANTIMONARCHOMACHIS.

## §. I.

**M**onarchomachis se opposuerunt omnes praeceptis et institutis sanioris philosophiae instructi, speciatim vero qui oppugnarint, operae pretium est recensere.

## §. II.

In fronte stet Iacobus, magnae Britanniae rex, quem nimium in litteris, nimium in libris contra regalem dignitatem fuisse opinatur Gaudentius praelect. in Tacit. p. m. 94. Strinxisse contra monarchomachos calamum, et extare hanc in rem eius opera docet Boeclerus dissert. polit. decim. sext. p. 407. Laudatur tractatus inscriptus: Ius liberae monarchiae, siue de mutuis *regis liberi et populi* nascendi conditione, illi subditi officiis.

## §. III.

Post hunc Claudius Salmasius nominandus, qui Miltonum, praecipuum parricidalis doctrinae adsertorem, ut magnif. Hochstetterus (\*) vocat, adgressus scripta defensione regia pro Carolo I. ad serenissimum magnae Britanniae regem Carolum II. filium  
G 2 natu

(\*) coll. Puff. p. 203.

natu maiorem, heredem et successorem legitimum sumtibus regis anno **MDCLXXII**. Iudicavit quidam Miltonum pessimam causam bene, Salmasium optimam causam pessime egisse teste Boeclero in museo p. 32. Sed illustris Struuius accuratius fert iudicium in bibl. philosophica c. VII. §. 27. p. 178. Certe, inquit, *superior eruditione erat Salmasius Miltono, non aequae iudicio pragmatica. Ad normam reipubl. Romanae, atque ex scriptoribus antiquis Angliae statum deducit, quod in ipso Miltonus atque alii reprehendunt. Paucis interiectis: Magis erudita sunt Salmasii, Miltoni vero speciosa argumenta.* Mirandum quod tantus vir, in scriptis contra Miltonum Grammaticorum violarit regulas. Thomas Crenius parte II. animaduersionum p. 90. *Nactus sum, inquit, non ita pridem defensionis regiae Salmasii codicem, cuius marginibus manu sua vir literatus quidam et celebris ea adlenerat, quae putaret in silo Salmasiano minus recte se habere.* Sed parcius ista viro obicere debuisset Miltonus, ipse *σλόγη* et barbarus. Morhofius tom. I. polyh. lib. I. c. 24. §. 81. *Non ignobilis, inquit, fuit auctor Miltonus, quod e scripto Anti-Salmasiano constat, quem ille exagitarat, arguitis et salibus causam commendans, a Salmasio non iis, quibus poterat argumentis defensam.* Id singulare in illo notari potest, frequentius illum esse in *σλοεξισμοις* et barbarismis Salmasio obiciendis, cum tamen et ipse sit *σλόγη* facpe et barbarus, ut quadret bucillum Iuuenalis Satyra II.

*Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.*

Vitam docti huius Galli exponit Clarmundus parte I. vitarum p. 109.

## §. IV.

Milono, ceterisque regicidii Anglicani defensoribus se opposuere Io. Brammahus, Guillelmus Vrsinus de Rivo, Io. Christ. Neander, Iacobus Schallerus, et Casparus Zieglerus. Prodiit etiam Carolus I. Britanniae rex a securi et Miltoni calamo vindicatus Dublini, de quibus laudatus Struuius in bibl. phil. c. VII p. 179. 180.

## §. V.

Contra Iunium Brutum, cuius Sect. I. §. XL. facta mentio, prodierunt anonymi defenses de la monarchie françoise contre le liure de Iunius Brutus. Struu. l. c. p. 178.

## §. VI.

Confutauit etiam perniciosissimas monarchomachorum opiniones Albericus Gentilis in libro de vi ciuium in regem semper iniusta, quem laudat Io. Andreas Bosius introductione in notitiam rerum publ. orbis vniuersi p. 22. Est hic eruditus ille Italus, cuius diligentia se adiutum profitetur Grotius ex Cellarii (\*) mei elogio magnus illustrator naturae ac gentium iuris in prolegomenis §. 38. Clarmundus parte VI. vitar. p. 215. seq. vitam narrat pluribus. Henricus Arnisaeus professor medicinae Helmstadtensis, cuius vitam recenset Wittenius tom. I. diar. biograph. anno

G 3

1635.

(\*) Ita nominat in omnibus p. 215. editionis nitida, quem per-  
rexit hoc anno Io. Ge. Wallius, humanioris litteraturae  
vindex solertissimus.

1635. d. 25. Nou. peculiarem librum de auctoritate principum in populum semper inuiolabili concinnauit, qui imprimis huc spectat. Conringius de prud. ciuil. praeclarum laudis impertit testimonium c. xiv. *Fuisse in illo ingenium capacissimum, industriam sine exemplo, iudicium nullo non Aristotelicae philosophiae aliarumque artium genere subactum.*

### §. VII.

Iudice Grotio lib. I. c. iv. §. 7. num. iv. de iure belli et pacis regii imperii fortissimus adsertor est Guilielmus Barclaius, ducis Lotharingiae olim consiliarius, supplicumque libellorum magister, atque in academia Pontimuffana iuris professor, qui scripsit libros vi. de regno et regali potestate aduersus monarchomachos.

### §. IIX.

Contra monarchomachos etiam pugnat scriptum satis plenum, cui titulus: *Ficta Iuditha, et falsa ex ea sumta doctrina, licere hostem quemcunque omni in loco sub praetextu amicitiae et simulationis, religionis et rationis status interficere, proposita et refutata per Mirabilem de Bona Casa contra scelestissimas monarchomachos.* Teste Placcio in pseudonymorum catalogo p. 166. Eberhardus a Weihe, cancellarius olim Brunsvicensis et Luneburgensis, qui se etiam Wahremundum ab Ehrenberg, et Durum de Pascalo nominauit, proteus politicus inde dictus, auctor esse dicitur. Estque institutum scriptoris huius, probare contra regicidii

cidii defensores, qui Iudithae exemplo scelera defen-  
dunt sua, et apocryphum esse librum, et minus pro-  
bandum Iudithae factum. vid. Ge. Paschius de variis  
modis moralia tradendi. c. III. §. 35.

### §. IX.

Samuel Bochartus in epistola ad Morleyum geo-  
graphiae sacrae annexa aduersum etiam se monar-  
chomachorum sectae ostendit, cuius doctissimi Gal-  
li vitam quoque Clarmundus exhibet.

### §. X.

Haec sunt, quae de monarchomachis, et anti-  
monarchomachis ex bibliothecae supellectile prome-  
re potuimus; quaeque aliunde non sine sumtu no-  
stro accepimus. Si DEUS vitam concesserit, si  
ampliores bibliothecas, si lenes musis otium,  
non desinam conquirere plura, et argumen-  
tum, quod nemo adhuc peculiari opere explica-  
uit, plenius exactiusque pertractare. DEUM,  
cui reges in ipsos imperium, oro, vt inter media  
scelera, furoresque insanientium hominum sum-  
mos imperantes seruet, eosque doceat, sola pietate  
firmari sceptrum, virtutibus ornari coronas, impie-  
tate confringi et deturbari, tyrannidem exitio tan-  
tum, iustitiam clementiamque salutem esse, auari-  
tia et ambitione efferri potius regna quam proferri.  
Cognoscant esse profecto arduum munus, et opti-  
mi maximi DEI in his terris vicarium humanae so-  
cietati

citati praesse, et, quae hinc fermandae profint,  
 eum prospicere sapienter, tum fortiter patrare: ad  
 uigilentque, ut rebus publicis reddatur pro super-  
 stitione religio, pro inscitia intellectus, pro barba-  
 rie humanitas, omnisque probi moris  
 cultura.

Μόνη τῆ Θεῶ δόξα.

